



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

33. An Indulgentia stationum possit quis in die multoties lucrari? Ex p. 5. t.  
12. r. 45.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

non potest reuocare postea talem electionem: non est ergo actus iurisdictionis, sed conditio ad concessio-  
nem facta à Pontifice: conditio autem ad indulgen-  
tiam requisita, potest aliquando esse actus internus.  
Hęc omnia Pater Lugo, cui quidem libenter ad-  
hæcio.

## RESOL. XXXIII.

*An Indulgentia stationum possit quis in die multoties in-  
cendi: Ex p. 5. tr. 12. Refol. 45.*

Sup. hoc sup.  
in tr. 3. Ref. §. 1.  
152. & 153.

**A**ffirmatiuam sententiam docet Angelus ver.  
152. & 153. *Indulgentia, §. 4. Rosella eod. ver. §. 12. Na-  
varrus §. in Leuitico, notab. 32. num. 46. & 47. & alij  
Negat uam verò tenet Paludanus in 4. difft. 20. q. 4. art. 7.  
D. Thom. in addit. 3. p. 9. 25. art. 2. ad 4. D. Antonin. p. 11.  
tit. 10. c. 3. §. 3. & alij.*

2. Verdm circa præsentem quæstionem Ludouicus de la Cruz in *Bulla Cruc.* difft. 1. cap. 8. dub. 13. num. 10. cum distinctione putat esse loquendum, nam vel Indulgentia conceditur ad tempus determinatum, vt vi-  
sitantibus tali die, & hora, & tunc semel tantum po-  
test illam quis lucrari. Vnde cùm stationes Roma signatae concedantur in Bulla certis & determinatis diebus, inde est, quod semel tantum potest quis illas lucra-  
ri, nisi aliud exprimat Pontifex. Quando verò Indul-  
gentia conceditur indeterminata, & quasi perpetuò sub  
hac forma. *Quicunque visitaverit talem Ecclesiam, vel  
Altare consequetur hanc vel illam Indulgentiam;* tunc po-  
test quis eam lucrari, toties, quoties, idque facit probat  
ipsa consuetudo, quæ est optima legum & cœfessionum  
humanarum interpres, & sic conciliari possunt prædi-  
cta opiniones. Hoc tamen ultimum debet intelligi,  
dummodo iteratio visitationis non cedat in irrationem,  
vt revera cederet, si quis visitaret eandem Ecclesiam  
continuò egrediendo, & ingrediendo, quia non est ve-  
risimile de prudentia Pontificis illi modo reiterandi vi-  
sitationem, multiplicare indulgentias. Sic ille.

3. Sed his ramen non obstantibus nouissimè Egidius de Trullenck in *Bulla Cruc.* lib. 1. §. 6. dub. 4. num. 2. absolute docet Indulgentia stationum posse in die multoties lucrari, quia Bulla id non restringit, nec li-  
mitat, sed absolute eam concedit: at quando Indulgen-  
tia conceditur indefinita visitandi tali die talem Ecclesiam, toties eam quis, lucratur, quoties eo die mo-  
raliter & secundum prudentiam illam visitat. Secundo probatur, quia iuris dispositio etiam in odiosa mate-  
ria comprehendit omnes casus, ad quos verba dispositio-  
nis iuxta propriam significacionem & dispositio-  
ne extendunt, secundum doctrinam Iurisconsultorum;  
sed verba Indulgentiarum Roma & verba Crucia-  
tae, & verba Iubilæi in quo præcipiuntur stationes  
ad lucrandas Indulgencias iuxta propriam significa-  
tionem, extendi possunt ad plures vices in die. Ergo  
extendenda potius, quam limitanda, cum talis con-  
cessio sit principis favor, & in terri præiudicium  
non cedat. Ita ille, & ego in prima parte, tract. 11.  
refol. 104.

Quæ hic est  
sup. in tr. 3.  
Ref. 152.

## RESOL. XXXIV.

*An pro lucranda Indulgentia concessa visitantibus quinque Altaria satis sit preces effundere ex uno loco sine  
motu de uno Altari ad aliud Altare?*

*Et quid est dicendum, quando quis idem Altare quinque  
visitat, an teneat loco dimoneri, vel eodem loco fixus  
possit illud visitare, dummodo quod qualibet visitatione  
finita saltem corpus, & caput inclinet in signum distin-  
ctæ visitationis? Ex part. 5. tract. 12. Ref. 16.*

§. 1. **N**egatiuam sententiam docet Ioannes de Gar-  
nica in explicatione *Bulla Cruciate*, §. Item se-  
concede, ubi sic ait. [Otros ay que no son tan temporales,  
pero son demasiado libres, porque sin mencionarle de  
un lugar bueluen la cara a cinco altares, lo que a mi  
parece es, que no ganan la estacion, sino que se han de  
leuantar, y andar todo el trecho que tienen los cinco  
altares. Porque si no se vuieren de andar, tanto valiera  
hacer toda la estacion en un solo altar, y ésto no se pue-  
de hacer, porque por dispensacion dixo, que no donde  
no uiesie mas que un altar, si visitalle cinco veces.]  
Sic ille.

2. Sed ego in 1. p. tract. 11. refol. 102. affirmatum Quæ  
sententiam tenui cum multis DD. quibus nunc addo.  
*Ludouicum de la Cruz in Bulla Cruc.* difft. 1. dub. 13. num. 10.  
Dico igitur quod in tali casu non oportet moueri loco  
sed fatis est vt uno loco fixus preces fūdat versus quinque  
Altaria; quare sufficit moueri corde ab uno Altari  
in aliud, etiam quando nullum adest impedimentum,  
quia si unum tantum esset Altare, non oportet quinque  
motu corporali illud visitare, sed fatis est quinque  
versus illud preces fundere; ergo non requiri per  
se loquendo, in visitatione Altaris, motu corporali.

3. Nota tamen quid Trullenck in *Bulla Cruc.* lib. 1.  
§. 6. dub. 2. n. 4. licet existinet quid quando quis idem  
Altare quinque visitat, non teneri loco dimoneri, sed  
eodem loco fixum posse illud quinque visitare, tamen  
vult, quod qualibet visitatione finita saltem corpus &  
caput incliner in signum distinctæ visitationis,

## RESOL. XXXV.

*An Indulgentia certo, & ineffabiliter proficit di-  
functis?*

*Et an Indulgentia non omnibus animabus existentibus in  
Purgatorio valeant, sed illis tantum quae ut sibi de-  
pendent, meruerunt in vita per pietatem & curam erga  
mortuos? Ex p. 5. tract. 12. Refol. 8.*

§. 1. **N**egatiuè responder Layman in *Theol. mor.* lib. 3.  
tract. 7. c. 7. n. 3. ubi citat Bonaventuram, Ri-  
chardum, Durandum, Caetanum, Cordubam, Camum, ca-  
Sotum & Henriquez, afferentes Indulgentiam pro de-  
functis tantum prodest per modum suffragij & im-  
petrationis secundum liberalerem Dei acceptantis voluntati  
tempo quod confirmatur ex omnium fiducial conseru-  
enti, qui potest applicatum alicui anima Indulgentiam, nbi-  
lominus pro ea sacrificare & orare pergit, quasi ipso  
facto significantes Indulgentiam, etiam clavis eius conceal-  
ista causa subnixa videatur, non habere tamen infal-  
libile effectum.

2. Sed affirmatiuam sententiam tenet Acoft in *Bull.*  
*Cruc.* q. 19. Faber de *Penitent.* in 4. sentent. difft. 19. q. 20.  
difft. 8. cap. 8. num. 2. 3. 4. Granadus in 3. part. de *Sacram.*  
controverf. 12. tract. 5. difft. 5. n. 10. Suarez tom. 4. difft. 13.  
scit. 3. n. 3. Ledesma in 2. part. 4. q. 29. art. 3. Sotus in 4.  
difft. 1. q. 2. art. 3. Valentia tom. 4. difft. 7. q. 29. art. 12.  
punct. 5. Cominek de *Sacram.* difft. 1. dub. 10. num. 445.  
Tannerus tom. 4. difft. 6. q. 8. dub. 4. n. 92. Trullenck in  
*Bulla Cruc.* lib. 4. dub. 9. num. 4. & alij penes ipsos, quia  
satisfactions Christi & Sanctorum, quæ applicantur  
ad peccatum Purgatorij, sunt æquivalentes ad hanc rem,  
nec deest diuina promissio de tali remissione fundata in  
perpetua traditione Ecclesiæ, & in illo Matth. 16. Quid  
cumque soleris, &c. Quid ego sentiam dicam breueri,  
hæc posterior sententia videtur nihil probabilior: va-  
de puto Valentiam ubi supra, non recte, neque me-  
deretur contrariam vocare incutam, & nullo modo su-  
diendam; melius Bellarmin. lib. 1. cap. 14. vocavit illam  
rationabilem, nostram verò admodum piam: addo ego  
& probabiliorem.

3. Non